Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Allocucio fratribus

Proficiscere anima xpiana de hoc mundo in nomine patris omnipotentis qui te creauit. In nomine ihu xpi filii eius qui pro te passus est. In nomine spiritus sancti qui in te fusus est. Occurrant tibi et succurrant angeli sancti et archangeli, throni et dominationes principatus et potestates, virtutes, cherubim atque seraphim. Habuerunt tibi partem prophete et apostoli et euangeliste martires et confessores, monachi et heremite virgines et uiduae. Infantes et innocentes. Adiuuent te omnes omnes sacerdotes et leuitae, et omnes ecclesiastici gradus ut in pace sit locus et habitacio tua in syon celesti per eundem dominum nostrum.

Merk

Fuit quidam papa qui dum ad extrema ueniset interrogauit cappellanum suum virum idoneum et deuotum quem plurimum diligebat quibus suffragiis post mortem eum uellet apud deum adiuuare. Cum audiuit quibus oribus quibus posset et qualiter iuberet pro salute anime sue fieri facere uellet. Cum papa ait, Non peto a te aliud subsidium nisi cum videris me in agonia positum dicas oratio pro me tribus uicibus dicas.